

Mahometis: nunc quod sua tyrānide: nunc autē per deceptionē in legi-  
 tus ecclīā bus: nunc vero p̄ hypocrisim simpliciōres subuertens: ut iam  
 tribus mo magnam partem orbis terrarū deceptioni suę subijcerent ex  
 dis percussit dei permissione: qui est terribilis in consilijs supra filios homi-  
 num. Ego igitur in ordine Predicatorū minimus / tantam cala-  
 mitatem deceptis cōpatiens: consideravi vias meas & pedes  
 ps. lxxv. a. meos in testimonia dei cōuertī: unde cum transiuissem multa  
 maria & loca deserta / & inclytam Saracenorū urbem Babylo-  
 na deprehendens: ubi maxima / & uniuersalia studia apud eos  
 existunt: illicq; litteras & arabicam linguam similiter discēs  
 diligentissimeq; & continue cū magistris apud eos disputans  
 magis magisq; deprehendi predictę legis peruersionē. Etiā  
 hanc in latinam linguam transferre incipiens: tot inueni fabu-  
 las simul & mendacia & blasphemias / & continuā per omnia  
 fabulationem / ut tristitia plenus essem. Deceuiq; idcirco scri-  
 bere quasdam epistolas de tantis blasphemijs ad triumphantem  
 ecclesiā: cōquestusq; sum tanq̄ illa in amaritudine aīę. Nunc  
 autem est mihi intentio sūma veritate confidēti / capita & prin-  
 cipalia mendacia iniquę legis huius ostendere: & alijs fratri-  
 bus causam exhibere / propter quā facilius ad deum reuocare  
 possent huius impietatis hereticos. Vt autem hoc cum ordine  
 fiat / in determinata capita oportere cognoui totum tractatum  
 diuidere.

Capita totius tractatus.

- Primum caput continet principales huius legis errores.
- Secundū: q̄s modus cū eis seruāndus est.
- Tertiū: q̄ lex hec nō est lex dei: p̄pterea / q̄ neq; vetus neq; nouū testamētū hanc testant: & q̄ necesse est Saracenis parere dictis veteris testamenti & euangelij.
- Quartū q̄ neq; in stilo / neq; in modo cū alijs cōuenit
- Quintū: q̄ nō cōuenit scd̄m sententias cum aliquo altero.
- Sextū / q̄ in multis sibi ipsi contradicit.
- Septimū / q̄ nullo miraculo cōfirmatur.
- Octauū / q̄ non est scd̄m rationē.
- Nonū / q̄ manifesta continet mendacia.
- Decimum / q̄ violenta.
- Vndecimū / q̄ inordinata.
- Duodecimū / q̄ iniqua.